Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



de hys que dicebatur de illo et benedixit
illis Simeon 2 dixit ad ayam mrem eius
Ecce positus e hic in ruinam 2 in resurrectionem
multorum in signum cui contradicetur
Et tua ipsius aiam pertransibit gladius ut
revelentur ex multis cordibus cogitationes
Et erat Anna prophetissa filia phamuel
de tribu asser hec processerat in diebus multis
2 vixerat cum viro suo annis septem a virginitate
sua Et hec vidua usque ad annos octoginta
quatuor qe non discedebat de templo ieiunijs
2 obsecrationibus seruiens die ac nocte
Et hac ipsa hora superueniens confitebatur
deo 2 loquebatur de illo omnibus qui expectabat
redemptionem Et ut perfecerunt
omnia secundum legem dni reuersi sunt in galileam
in ciuitatem suam puer autem crescebat 2 confortabatur

plenus sapia Et gratia dei erat in illo

Postquam impleti sunt dies octo
ut circumcideretur puer vocatum est nomen eius
Ihesus quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero
conceperetur

Infra oct: Ephame

In illo tempore Cum factus esset Ihesus annorum duodecim
ascendentibus illis secundum consuetudinem
diei festi Consumatisque diebus cum redirent
mansit puer Ihesus in Ierusalem Et non cognouerunt
eum existimantes autem illum esse
in comitatu venerunt iter vnius diei 2 quaerebant eum inter cognatos 2 notos Et non inuenientes regressi sunt in Ierusalem quaerentes eum
Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum audientem eos
2 interrogantem Stupebant autem omnes qui
eum audiebant super prudentia 2 responsis eius